

Rothwasser Strohm.

1567.

In nomine sanctae et individuae trinitatis Nos Johannes Leisen-
 bitius Dei et apostolicae ^{Julis} gratia Rothnotarius Apostolicus - Epi-
 copatus elisuentis per super. et infer. Sufatiam Administrator -
 et Budissinensis Ecclesiae Decanus & Universis et singulis - Illis
 praesertim quorum interest, intererit aut interesse poterit, quomodo-
 libet in futurum, salutem in domino percipiamus sempiternam,
 Quae ad laudem dei omnipotentis infinitorumque hominum, praeser-
 tim Christi sanguine redemptorum salutem, nec non ad Ecclesiarum
 omnium per dioecesim nostram consistendum et illarum decorem,
 salubriter dirigendum personarumque iisdem ecclesiis fideliter
 deservientium sufficientem provisionem pertinent, ex officio quo
 fungimur, summa diligentia promoveri tenemur, pariter et
 ea quae pium mentes pro diuini cultus amplificatione possunt
 confouere libenter eorum uoluntates pro uiribus adimplere,
 omnibusque preenne robur impartiri, nullo pacto denegare
 Debemus. Cum itaque prudentissimus Senatus Gothiensis supplican-
 do nobis sufficienter recenserit et scriptis probauerit, qua ratione
 ipsorum subditi caelestique Vicini cura pastorali (medio tamen
 Ecclesiae S. Georgij in Rothwasser) curatae, atque Parochiali
 Ecclesiae in pago Waldau in honore dei omnipotentis, sanctique
 Johannis baptistae erectae, debita obsequia praestantes quotidiana-
 nis et assiduis querelis sua proferant grauamina, verque ipsa
 repetatur, quod praedicta Sancti Johannis Baptistae ecclesia
 tam incommode ab ipsis sita sit, ut eandem Pastoris seu Dia-
 coni praesentiam, praesertim hierno tempore, quando nives,
 aut alias pluuiales aquae inundant, sine magne difficultate ha-
 bere nequeant. Ad haec onerosis et debitis temporibus in
 ipsorum S. Georgij templo tanquam filiali non possint celebrari
 et peragi diuina officia Unde fit ut tempore necessitatis tam
 ex infantibus et aegrotis quam finis confectis sacramentorum
 Ecclesiasticorum per multi participes fieri non possint. Triunt etiam
 quod praedicta S. Georgij Ecclesia filialis propter loci solitudinem,
 et hominum siue Parochianorum paucitatem, Ecclesiae in Waldau
 tanquam matri antiquitus Unita eodemque praesidente Parocho
 ambae uisitatae et prouisae fuerint. Hoc autem tempore populum
 ibidem et loca ibi iam sumpsisse incrementa, ut multo plures